Posteaquam coram Caesareo Regio per Magnum Transsilvaniae Principatum Judicio Montano

Cum adscitis Courburariis sub Currentis suo modo insinuassent desiderando, quatenus Eisdem Litteræ Facultatoriæ (vulgo Verleihung dictæ) sub authentia Regii hujus Judicii Montani extradarentur, vigore quarum in Districtu Territorio Possessionis Monte vero fodinam sub Protectione colere, et imperturbate licitum esset:

Proinde ad Notitiam, quorum interest, singulorum, et Universorum præmemoratam

et pro Augmento altissimi Regalis, proprioque, et Patriæ Commodo, ac utilitate colendi, atque promovendi juxta Maximilianarum Constitutionum Montanisticarum Artic. 2-dum §-phum 1-mum et 6-tum, item Novellarium Articulorum 1-mum et 8-vum de Anno 1747 regnotenus Conditorum, ac clementissime ratihabitorum, cum omnibus ibidem contentis Prærogativis, et Privilegiis, (reservatis tamen reservendis, et sine alterius damno et Præjudicio) Regium hocce Judicium Montanum Transsilvanicum

auctoritate sibi benignissime attributa Eisdem adsciscendisque

Courburariis desideratam facultatem concedit, et impertitur, ita tamen, ut suo tempore, tempestive nihilominus, ad antevertendas quasvis Controversias, tenore citatarum Legum, solitas metas, et Campum fodinalem abhinc sibi expetere, obtinendasque Mineras, et Sabulum minerale ad Ustrinam, Aurum vero, et Argentum spatio unius Mensis procreatum, proxime subsequente Mense, sub poena Confiscationis et Prævaricationis in Legibus expressa, ad Cambsionem æque Cæsareo Regiam administrare debeant, ac teneantur. In cujus rei majorem fidem, ac Testimonium, præsentes litteræ Facultatoriæ, consveto Judiciali Sigillo Cæsareo Regio Montano Transsilvanico munitæ, subscriptioneque solita roboratæ, ac una etiam cum adjacente statu Urburariali Protocolli facultatoriarum Pagina pro futura Jurium Cautela rite insertæ, extradatæ, sunt. Zalathnæ Die Mensis Anno

Per Cæsareo Regium Judicium
Magni Principatus Transsilvaniæ Montanum.